

Venerandum tuum verum et unicum Filium,  
Sanctum quoque Paraclitum Spiritum,  
Tu Rex gloriae, Christe.  
Tu Patris sempiternus es Filius.  
Tu ad liberandum suscepturus hominem, non  
horruisti Virginis uterum.  
Tu, devicto mortis aculeo, aperuisti creden-  
tibus regna cœlorum.  
Tu ad dexteram Dei sedes in gloria Patris.  
Judex crederis esse venturus.  
Te ergo quesumus, tuis famulis subveni,  
quos pretioso sanguine redemisti.  
Æterna fac cum Sanctis tuis in gloria nume-  
rari.  
Salvum fac populum tuum, Domine et be-  
nedic hæreditati tuæ.  
Et rege eos, et extolle illos usque in æter-  
num.  
Per singulos dies benedicimus te:  
Et laudamus nomen tuum in sæculum, et in  
sæculum sæculi.  
Dignare, Domine, die isto sine peccato nos  
custodire.  
Miserere nostri, Domine, miserere nostri.  
Fiat misericordia tua, Domine, super nos,  
quemadmodum speravimus in te.  
In te, Domine, speravi, non confundar in  
æternum:  
¶. Benedicamus Patrem, et Filium cum sancto  
Spiritu.  
¶. Laudemus et superexaltemus in sæcula.